44r

maxime confunduntur. & offendunt eos qui
bus munera miserant. aestimantium non furto
sacerdotum. sed fraude regum atq; consilio hoc
esse perfectū; Legimus in regum uolumine. regē
isrl̄ manacem regi assiriorum phul. m̄ argenti
talenta misisse. ut esset manus eius cū eo. id est ut ei
preberet auxiliū. Inter quae nonnulli arbitran
tur. etiam uitulos aureos esse derelictos. Pro iarib
in presenti loco symmachus interpr̄tatus est
ΥΠΕΡ ΜΑΧΝΤΙ. id est presuli defensori; Iuxta
sp̄italem intellegentiā laborandum est quomodo
omnia hereticis coaptemur. Uacca bethauen.
siue domus ōn. quod intp̄retatur labor. coluerūt
heretici. qui se in custodia mandatorum dī. hoc ē
samaria habitare iactabant. die q; iudicii quan
do germinabit quasi amaritudo iudicium super
sulcos agri. lugebit populus super eū. hoc est sup
uitulum. & super dogma peruersum. quod puta
bat dm̄. Sed & aeditui. non dixit exultabunt.
sed exultauerunt. ad preteritum tempus referens.
super gloria sua quaquondam gloriosa confinxe
runt. eo quod migrasset populus a dō. siue quod
ipsa gloria dī migrasset a populo. a quo fuerat
derelicta. Quicquid autem locuntur heretici.
& pulchro sermone componunt. & mittunt mu
nera regi suo diabolo ad illū cuncta referentes.
unde confusio eos capit & in aeternum. & confun
dentur in uoluntatibus suis. Quidam & supra
& in presenti loco in commentariis suis scriptum
reliquid regem iarib. id est ultorem xpm intel
legendum. quod nobis omnino displic&. Impiū

enim est quod iuxta historiam intellegitur de
rege assyrio. iuxta tropologiam ad xp̄m referri;
Transire fecit samaria regem suum quasi spu
mam super faciem aquae. & disp̄dentur excelsa
idoli peccatum isrl̄. lappae & tribulus ascend&
super aras eorum. & dicent montibus operite nos.
& collibus cadite super nos. LXX. Proiecit
samaria regem suum sicut gremium super faciem
terrae. & auferentur areon peccata isrl̄. spine
& tribuli ascendent super altaria eorū & dicent
montibus operite nos. & collib; cadete super nos;
Pro spuma quam LXX & theodotio ΦΡΥΓΑΝΟΝ
id est gremium transtulerunt aridas herbas sic
caque uirgulta quae camino & incendio preparant.
symmachus posuit ΕΠΙΖΕΝΑ. uolens ostendere
feruentis ollae superiores aquas. & spumam
bullasq; surgentes. quas greci ΙΤΟΜΦΟΛΥΓΑΣ
uocant. Sicut igitur spuma quae super aquam
est cito dissoluitur. sic regnum decem tribuum
uelociter finietur. & peribunt excelsa. id est
bamoth. de quibus scriptum est. Uerumtamen
adhuc populus immolabat & adolebat in excel
sis. Ipsa autem excelsa ōn sunt. siue aben. id ē
idoli. quod interpr&atur inutile. Quod idolum
& inutile peccatum est isrl̄. Dissipato autem
idolo & excelsis eius. lappa & tribulus ascendit
super aras eorū. signum ultime solitudinis.
ut ne parietis quidem. & extrema aedificiorū
uestigia relinquantur. Eo tempore dicent
montibus operite nos & collibus cadite sup nos.
Quod dn̄s in ultimo tempore captiuitatis iudaicae

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
HEIDELBERG
Bodleian Libraries
UNIVERSITY OF OXFORD
HESSEN
Staatliche Schlösser
und Gärten Hessen
Organisation der Vereinten Nationen für Bildung, Wissenschaft, Kultur und Kommunikation
Kloster Lorsch
Welterbestätte
seit 1991
© Bodleian Libraries
http://bibliotheca-laureshamensis-digital.de/view/bodleian_mslaudmisc254/0093